

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

46. Veracitatis ignari, & admiratores Sinae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

eius auxit. Post autem reposita singulis visendi obsequiā , cum nullas haberet dici horas ab adeuntibus vacuas , & producentibus variis de scientiis sermones ; statuit noctium partem iis tribuere qui de animi rebus ad eum venirent , iisque in unum coactis fidei arcana tradere : nec memoratus nuper Teucianus clarus senex auditorio decerat , disputabatque acriter de animorum immortalitate , meritis , beatitate , damnatione , pœnis quas esse fabulas , & opinatus fuerat , & suos docuerat , quod probari posse vero saltem similes non caperet . Sed cvidentibus librorum Sinensium tabulis , & argumentorum vi valida cum eas adstrui , audisset à Riccio , persuasus exinde penitus , tūm ipse assentiri , tūm suos ad eū academicos destinare , doctrinis Sinensium melius , & solidius imbuedos , qua occasione incidit quiddam prima fronte leue , quod omnes illos ciuitatis , & Philosophiae Principes miris modis affectit ; nam cum expostularet familiariter Riccius apud bonum senem , tam crebris ritibus & prolixis mutuarum salutationum , nihil sibi temporis residuum fieri . Nescis , retulit senex , regni morem , tacito omnium assensu , sed vnu omnibus trito , & perpetuo stabilitum ad eludendam hanc importunitatem ; constituitur ad ianuam famulus qui respondeat te domi non esse ; nec id quisquam deterius accipit , nec possint alioqui rebus publicis occupati , debitam suis muneribus operam , & tempus reddere , quod vultu Riccius abhorrens , ne faxit Deus , inquit , prius mihi centuplicato accrescat iactura temporis , & quietis , quam ut verbo factōve mentiar , vetat enim lex Christiana mendacium quodlibet , quantumvis dicens commodum , & nemini nocens . Quo effato perstrictus , ille virtutis Naneianæ coripheus , hæsit attonitus ad veri amorem generosum , & innocentiam exquisitam , refugientis in re leuissima , quod ipse sibi , & sequaces sui in grauioribus licenter indulgebant . Ars enim est Sinis à puer , mentiri ; nec offendit deceptos mendacio ; nec deprehensos mendacij pudere ; sed vltro veniam alternis accipere , & dare . Quo nō dogmate initiatuſ ſenex urbem totam eius impleuit admiratione , audire ergo deinceps Riccius Magister qui non mentitur ; & domus illius aduenarum domus qui non mentiuntur & quæ docebat certissimæ fidei ; si enim , aiebant , ad redimendam importunitatem molestia intolerabilis , ſibi nec leue , & innocens mendaciolum permittit ; quanto minus de Deo , de anima , de futuris post mortem pœnis , & præmiis , rerum tantarum grauitatem mendacio violabit ; quam opinionem per se veram , iuuabat maximē , singularis eius docendo modestia , procul fastu honoris , & ingenij pompa , ſolo veri docendi expreſſo ſtudio condita , tametsi ſapere de Scientiis tantum naturalibus ageretur . Cuius modestiæ occaſionem hoc anno claram dedit error Pechinenſium mathematicorum , prædictione falſa defecturi ſolis , cuius cum omnes puderet Mandarinos , & indignarentur apud Ricciū , erratum tam turpiter in re tanti , (iis enim ut diximus defectionibus prænoscendis , Regis & regni ſalutem agi putant ) ad ea Riccius tranquilla moderatione ,

46.  
Veracitatis  
ignari , & ad-  
mittores  
Sinæ.

47.  
Defectio ſor-  
lis Ricciū  
inducit ad  
iter Pechia.